

Prisci Patres David. et Solomon. quor. sententias se subscripsere Aristoteles et D. Thomas  
 duo aculeorum genera docuere. quibus homines ad observandas leges impellerentur  
 externum unum. et internum alterum: Externum est poena. vel premium. Internum  
 est legis amor. et ueremens quadam illi parencti delectatio: Externum si nimirum  
 aliunde sumat. parum pungit. et accendit; non enim in lege domini. in qua  
 tantummodo sunt pior. uoluntates. ut qui die. nocte. illam meditentur; sed  
 sub lege homines collocat. sub qua nullus probus inuenitur: dicente scriptura  
 Iusto non est lex posita. Deinde qui aliqua se premij dulcis legi obtemperat  
 mercenarius est. de quo scribitur. Mercenarius fugit. quia mercenarius  
 est. qui uero pena timore paret. non uere paret. ut qui peccare non odit.  
 quemadmodum false in carmine legitur. oderunt peccare mali. sed  
 amat. Deinde timor non diuturnus est. ut dicebat ille custos officij. Patet  
 igitur quod externa incitamenta nisi internis adiuncta fuerint. parum  
 ad legis observationem prodeste possunt.

Internum autem legis se amor. licet efficax sit. hominum tamen infirmitate  
 et imbecillitate factum est. ut non dum citra externum ad miniculum  
 consistere possit. Nam etiam si timor non sit in charitate. perfecta se  
 (ut intelligendum esse admonebat D. Augustinus) quam apostolus sub-  
 iungat. perfecta claritas foras mittit timorem. In inchoata autem charitate  
 non solum est timor. sed quodammodo eius est custos. sine enim timore  
 summa securitas vel petulantiam vel negligentiam parit. At uero  
 si ea gemina incitationes interna se. et externa simul inuite  
 fuerint. approximè lex ipsa observabitur. Itaq. si proposito Eni canonos  
 esti adoptentur. erit sancta Synodus noti omni compos. que se rati-  
 oni posse. ut Pastores gregem carent

Ad primum itaq. genus. quod est huius sancta legis amor. et obsequiu-  
 nis est quod agnè conducat. quam si autor legis quis fuerit

conoscatur. Nam si declarabitur Deum suus legis latorem esse  
testem Davide ad eius observationem ardenter inflammabuntur  
Eomines, enquit ille, Ignitum eloquium tuum uerementer, et seruus  
tuus dilexit illud. Præterea hoc nobis à natura insitum est, ut  
co libentius, promptiusq. obtemperemus, quod qui iubet est nobilior  
Eoc certè nedum apud Peritosq. est, sed etiam apud Jurisconsul-  
tos, qui dum uaria legum discrimina constituant, ut eae Plebis ita  
illa Senatusconsulta nuncupentur, ijs nominib. innunt, quod  
legis auctoritas uel minuitur, uel augetur. Et in eccl. Legib. ne-  
quit inficiari, quod plus ponderis generalium Concilior. Canonos  
Eabent, quam Provincialia Decreta.

Præterea Eoc sic se sere patet ex scriptura, qua sacra utuntur  
scriptura, Verbum, et imperium Regis urget, Nam minor. principi  
tantum iusta commouent. Sed urgent maior. imperia. Si quis adū  
saret, consulat D. Paulum in Ep. ad Hebr. primo, secundog. capite  
in quo legem Euangelio comparsans Sac argumentatione uititur. Quo-  
diens Deus nobis per præstantiorem loquitur, diligentius au-  
diendus est. nunc per filium, et sibi aequalem, et angelis præstantiore  
locutus est, ergo illius dicta uerementius oportet auscultare.

Est itaq. Divina legis hoc proprium. Tu mandasti mandata tua  
custodiri nimis, Sed donem us etiam ita eccl. quod aq[ue] custodi-  
atur lex si humana iure sanctum sit, ac si Divino fuisse: non  
est tamen possibile quod aq[ue] perfecte servetur. Nam eo perfectius  
lex ipsa custoditur, cum magis fini, ad quem instituta est, respon-  
det. Sunt autem maxime diversi fines humana et Divina legis, cum  
Humana sit finis externa politia, Divina autem ecclesiis et beata  
Si itaq. Divina sit hac lex, et Humana eredatur, ad Humanum

finem dirigatur necesse est: quare non perfecte observabitur.  
 Sed est, quod aquae perfecte, non tamen aquae tuto custodiri poterit.  
 Ingens n. periculum est sic sacra Eumanis misere, ut Eumana velut  
 Divina venerentur, vel Divina ut Eumana contemnantur. Explicat  
 hoc periculum ex Propheta dñs Matth. xv. cum, inquit, sine causa  
 colunt me docentes doctrinas, et mandata Eominum. Non damnat Eis  
 verbis servator nos Fer Eominum mandata, ut Lutheram blasphemant  
 sed reprobat cultum, timoremne Dei mandatis Eominum inniti. Quod q.  
 Eominum mandata nobilitatis sedes occupent, quæ Dei mandatis proprié  
 conueniunt. Si igitur præceptum aliquod Eumanum veluti sit Divinū  
 veneremur, peccatum est, et ut inquit scriptura. Frustra Dauim columus  
 At si quod Divinum est, ut Eumanum sequamur, summa Deum in  
 iuria afficiamus. An hoc sit ingens periculum, nos testes appello, et imploro  
 Audimus enim omnes ab aliquib. assertum hoc in loco fuisse, quod parca  
 sunt Divina, humanaq. mandata. Non ambigo de fide, rectaq. et  
 Catholicæ illor. intelligentia in hac propositione, sed de periculo tantu  
 loquor, in quod vocamur, si quo iure nobis præceptum sit rescidendum  
 ipse, exploratum non fuerit. Nam propositio hac, quod parca sint Di  
 vina, Eumanaq. mandata in alior. ore, quor. fides non erit perspicua  
 non toleraretur, cum Prophœtis, Evangelio, Dnoq. Paulo & ad Hebr.  
 cap. repugnet. Illud autem quod Luca x. scribitur. Qui vos spernit,  
 me spernit: qui vos audit, me audit, non connivit aequalitatem  
 sed duntaxat quod non audientes Ecclesiam, peccato sunt obnoxii:  
 quodq. vota peccandi ratio est, quia Deus ipse offenditur: quod et  
 in Prophœta legimus. Tibi soli peccavi, et malum coram te feci  
 cum Uram interfecisti. De dicitur Toma sententia omnib. cui  
 studiosus nostrum est inter Eumana, Divinæ. Usus diaconis

Nam ubi ex profecto sane rem disputat. ut in p<sup>a</sup>. secunda in questionib. de  
malo. in 2<sup>a</sup> secunda questione 104. apertissimis verbis docet. praecepta ob  
auctoritatem praeipientis iniqua haec et disparia esse. nec sibi ipse contrarium  
est. cum in 4. sententiar. distinctione 40. asseruerit eandem habere  
efficaciam obligandi quam praeceptum Divinum. Namq. non de obliga-  
tione, qua peccato quis obnoxius est, sermo erat sed de efficacia ad  
dirimentium matrimonium. Aque enim matrimonium dirimebat impedimentum  
ex auctoritate Ecclesiae, sicut ex lege Divina. Differunt autem Sacros. quia  
Matrimonium non posse considerare ad negationem pertinet, que non suscipit  
magis et minus. Et ideo inter dirimentia matrimonium, inter dirimentia  
deco, non inter impedimenta, nullum potest esse discrimen Peccatum aut  
ad genus pruationis pertinet, quod magis et minus suscipit. Hinc sicut  
unus magis et minus aeger est, ita magis et minus peccat. Habet præterea  
Divina lex igniculos mille, qua maxime ad excitanda somnium desideriu-  
m ualent, quorū summa a Davide in Psal. 18. colligitur. cum inquit  
Lex domini immaculata, convertens animas. Habet agnita miram suau-  
itatem, dicente Propheta. Desiderabilia super aux, et lapidem pratosū  
dulciora super mel et fauum. Habet immortales semperternasq. pro-  
missiones, immo promissiones suius uita, et eterne. immo et retributio.  
Etenim dicebat David. Servus tuus custodit mandata tua, et in cultu-  
liendis illis retributio multa. scilicet impulsionis energie usus est Moses  
Legibus suis addens. Haec dicit dominus. Hunc imitatus est D. Paulus,  
qui frequentissime mulcat. Non ego, sed dominus dicit. hoc edem D.  
Iohannes. Non mandatum novum (aut) do nobis, sed quod audistis initio  
Hoc exempla porsage Ecclesia imitata est: sed (ut coetera omittam),  
nisi omnium erit Concilium sub Clemente quinto Vienna congregati.

Nam cum plures usurparunt Ecclesia frusta prohibuerint, quemadmodum nunc de Residentia contingit, sanxerunt Patres illam fuisse Divino iure proibitam: unicum eorū remedium ad eam tollendam existimantes. Quod maxime Ecclesia profuit. Eorū idem si de residentia sanciretur, eandem Ecclesia utilitatem afferret. Nec ullum uides in Sacra re usus et reges: cum ex ratione metodi compertissimum sit concinnè tractationē aliquam dubius locis posseponi. Concinnè itaq. et cōmodo diffīlē in eorū loco Sacra res tractari possit. Hæc de primo genere. Quò ad secundum genus ne soli lumen addam, aut acta iam agam, me subscribam.

(61)

Hac omnes duodecimstli Articuli faciunt simul propositi tangit in 3<sup>a</sup> sessione omnium eorum materiæ essent definienda, vixum est tñ super quod primos dicendum esse à pùbus concilij p<sup>m</sup> et non super omnes simul qd et factum est.

In Primi autem art. 4<sup>a</sup> propositione non ea fuerat intentio legatorum nec id quidem cogitabant qd de residentiis obligatione juris ne cér diuinum an tñ humani, sermo habendus esset, multis tñ ex pùbus statim occurrit sensus pœc., et vixum est eis locum datum eē et opportunitatem rem jalam tradandi et definendi, alijs vero ē contra vixum est non id quicq. nec sub intelligi sub verbis ar.<sup>4</sup>, qua de re nō patet permituit legatos ipsos pœcum ar.<sup>4</sup> sum sic proposuisse, et quod in ipsis suis impedire conati sunt ne à pùbus verba fecient de ar.<sup>4</sup> pœcum sensum, qd et adepti sunt a multis, ab alijs vero id hinc nō potuerunt. Dixerunt ergo Impium super eos ar.<sup>4</sup> et alijs tribus, carinalis Thalantius, Piacis Hierosolimitanus, Aquilecens, et Venetus, et Sancti Maxentii nulla habita mentione illius rei cér ne definitum, quo iure pastores residere tenerentur. Jux<sup>a</sup>